

Zeitschrift: Beiträge zur vaterländischen Geschichte / Historisch-Antiquarischer Verein des Kantons Schaffhausen

Band: 2 (1866)

Artikel: Die Reliquien des Klosters Allerheiligen

Autor: Schenkel, J.J.

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-841008>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 06.10.2024

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Die Reliquien des Klosters Aller- heiligen.

Von Diak. J. J. Schentel.

- I. Erzählung, wie die Nonne Hedwig von Schaffhausen mit Abt Adalberts Erlaubniß nach Jerusalem pilgerte und nach mehrjährigem Aufenthalt daselbst mit Hülfe einer frommen Klausnerin, Namens Emihilt, von Samuel, dem Bischof der Syrer, einen Stein vom Grab Christi und ein Kreuz, aus Holz vom Kreuze Christi verfertigt, zum Geschenk erhielt, und wie sie diese kostbaren Reliquien, deren Echtheit überdieß in einer angestellten Wasserprobe sich glänzend bewährte, glücklich nach Schaffhausen brachte. (Im Dezember 1125).
- II. Bericht, wie Abt Adalbert von Allerheiligen nach langem Bitten von Bischof Bruno von Trier, einem Verwandten Eberhards von Nellenburg, die Verabfolgung der Leichname der Trierischen Märtyrer Constans und Alexander und des hl. Bekenner Leguntius erlangte, wie diese Reliquien nach Schaffhausen gebracht wurden und was für Mirakel sie daselbst wirkten.

Quoniam benigna Christi clementia scaphusensem locum sue visitationis illustrare dignatus est gratia per reliquias sanctissime crucis et dominici sepulchri et corpora sanctorum martyrum Constantis et Alexandri et sancti confessoris Leguntii, dignum videtur narrare cunctis Christi fidelibus, qualiter hec ad consolationem et tutamen fidelium ibidem domino servientium illo sint translata. Testante enim propheta omne, quod sibi gens queque fidelium colendum proponit, hoc honorat et defendit. Vnde necesse est, ut cum fidelibus

cultura aliqua indicitur, causa et ratio ejus fideli relatione et veraci testimonio comprobetur, ut omne dubitationis occasione sublata eo securius possit honorari ac defendi, quo veracius culture ejusdem veritas colentibus datur cognosci. Et quia narrationis hujus seriem in unum compingere decrevimus sermonem, quod de reliquiis dominicis dicturi sumus, quamvis sit longe post actum, orationis tamen hujus teneat exordium, quia nil sanctorum glorie derogatur, si hoc eis preponitur, per quod omnis sanctus glorificatur et sanctificatur.

I.

Igitur temporibus *Heinrici* quarti hujus nominis, teutonici regis, cum sedi apostolice presideret Vrbanus secundus papa, vir magne sanctitatis et prudentie, diversis temptationibus oppressa dei fluctuabat ecclesia, maxime tamen in ea parte, ubi Christus salutem operatus est in medio terre. Ibi enim vinea domini, eadem scilicet ecclesia, ab inimicis fidei Christiane ita est depasta, ut vix in ea racemi pauci viderentur relictis. Hierosolyma enim plebe Christiana dudum referta, que ob insignem passionis Christi triumphum obque gloriosam resurrectionem et ascensionem merito locus appellatur sanctificationis, versa fuerat in abominationem desolationis. In ipsa enim et in omni circa regione, que terra olim dicta est repromissionis, expulsis Christicolis gentes ceperunt esse superiores, que ubique templis Dei destructis paucissima, que remanserant, in usum sui questus verterant, cultoresque Dei, si qui fuissent inventi, sub tributaria conditione cogebant sibi servire omnesque undecumque gratia orationis advenientes obprobriis afficiebant morte gravioribus et injuriis. Hec illa Hierosolyma spiritalis idem ecclesia patiebatur calicemque furoris domini pro peccatis suis bibebat, nichilque minus quam eam voces prophetarum pro negligentia legis domini passuram prenuntiaverant sustinebat.

Sed sic testatur vox prophetica, quia non repellet in sempiternum Dominus nec erit oblivio pauperum in finem. Advenerat tandem tempus miserendi, quo pater misericordiarum et Deus totius consolationis audiret gemitus compeditorum et solveret filios interemptorum. Itaque predictus papa Urbanus, vir totus apostolicus, cernens Hierosolimam habitationem esse exterorum et exteram a semine suo, et venisse gentes in hereditatem dei et qui oderunt Deum extulisse caput, maternoangebatur affectu, et tactus dolore intrinsecus sicut propheta quondam destructionem Hierosolimi¹⁾ in trenis suis planxit, ita et iste velut alter Hieremias intimis suspiriis sepius proclamavit, quoniam gentes ingresse sunt in sanctuarium domini, et illud: viderunt eam hostes et deriserunt sabbatha ejus. Cepit ergo secum sepius tractando revolvere, quo ingenio locum sanctificationis a contaminatione gentium expurgaret et ibi Christi nomen, ubi dudum ceperat, renovaret. Vir itaque beatus cum sue sollicitudinis curam et cogitatum iactasset in domino tandem ut credimus per illapsum ei celitus consilium divino inspiratus spiritu predicavit et ubique predicare jussit, ut quicumque christianus vellet se ultro domino offerret hocque penitentiam et remissionem peccatorum susciperet, quo armatus ad expugnandam Hierosolimam pergeret. Istud vero consilium ex divina magis inspiratione processisse quam ex humana adinventionem finis declaravit. Indictum namque Christiani sibi hunc²⁾ procinctum tam devote et tanta susceperunt alacritate, ut tam copiosus³⁾ ex omnibus mundi partibus multitudo conflueret exercitus, quod non solum predicti apostolici optatum in Hierosolime expugnatione perficerent

1) sic.

2) sic.

3) sic.

propositum, sed et per omnem regionem Judee expulsis gentibus sinum sancte matris dilatarent ecclesie. Et non mirum, tam prospere votum sancti viri impletum esse. Scriptum est enim de eo, qui radicem intentionis sue in domino fixerit: et omnia, quecunque faciet, prosperabuntur.

Prefuit eo tempore Hierosolimitane ecclesie patriarcha *Symeon* nomine, vir sanctitatis eximie. Ad quem cum hujus expeditionis fama pervenisset, quamvis gauderet miserationemque domini adesse speraret, summo tamen formidabat timore, ne signa passionis Christi, preciosissimum videlicet crucis lignum et sepulchrum dominicum, a devoto superveniente exercitu religiosa aviditate vel omnino vel maxima auferrentur ex parte. Vt ergo Christi insignia servarentur in loco quo passus est, iniit consilium predictus patriarcha cum quodam *Samuele* syrorum episcopo, viro religioso et sancto, evulsoque de sepulchro interiori lapide, qui receptaculum corporis Christi fuerat, cum cruce ipsius terre infodientes absconderunt, tollentes sibi inde aliquas portiones. Christi vero bellatores expugnata urbe et a gentium sorde purgata cum celestem thesaurum, in quo spei sue posuerant summam, a predictis viris sensissent occultatum nec ad ejus prodicionem facile possent eorum flectere animum, sacramento firmaverunt, hec se non minori servaturos diligentia quam antea ab ipsis fuerant custodita. Quoniam autem religiosi viri non malitia suggerente vel invidia sed sola conservandi hec occultaverant causa accepto sacramento a victoribus pro Christi rursus revelarunt gloria, illas quas dudum inde tulerunt portiones inter se dividentes. Igitur de via remotis gentium impedimentis concessaque securitate viandi Christianis magne fidelium multitudines diverse etatis et professionis sexus utriusque Hierosolimam ad confitendum nomini domini perrexere, ut annuntiarent nomen domini in Syon et laudem ejus in Hierusalem.

Erat autem eo tempore scafusensium nomen Hierosolimis satis celebre. *Gerhardus* enim, scafusensis abbas, vir religiosus ac timens deum, illuc cum quibusdam suis fratribus ibi permansurus advenerat, qui religionem et predicti loci nomen benigne cunctis ibidem sua commendaverat laude. In eodem autem scafusensi loco inter eas, que ibidem sub religionis proposito degebant, dei famula fuit quedam *Hedewic* vocata, que habitum sancte professionis, quem susceperat, probis moribus et vita religiosa observare studebat. Hec itaque die noctuque dum contemplationi insisteret divine, superno ut credimus igne succensa locum adire desideravit Christi passionis et sancte resurrectionis. Annuente ergo venerando *Adelberto*, ejusdem cenobii patre, sicut desideravit Hierosolimam venit. Vbi aliquamdiu commorata et his pro quibus venerat intenta pascebat locorum sanctorum crebra visitatione interioris hominis sui esuriem, et quanto dulcius delectabatur visione signorum Christi passionis, tanto attentius se mactabat per sanctas contemplationes in sacrificio contriti cordis. Ad hec quibusque, quos religionis fama ceteris pretulerat, se officiosa caritate et speciali familiaritate sociabat cupiens si quid in sua emendandum esset vita pia imitatione exempli illorum corrigere norma. Colebat autem assidua familiaritate pre ceteris *Samuelem*, syrorum episcopum, ut diximus virum longaevum et sanctitate plenum, et quandam inclusam, nomine *Emihilt*, qui erat sanctissima et pro singulari religione notissima cunctis. Post aliquos vero annos cum predictae dei ancille scilicet *Hedewige* occurreret animo repatiandi cogitatio sollertissime secum cepit tractare, ne fidelibus domini Salvatoris veniret vacua, sed ut eos pie munifica aliquibus letificaret donis, quorum fuerat in professione socia contubernalis. Dum hec sedule secum voveret, occurrit ejus animo, nil tam carum, nil eis posse conferre tam pretiosum, quam si aliquas de Cruce et Sepulchro domini

illis afferret reliquias. Sciens autem dominum Samuelem de hoc pretioso thesauro portiones habere non modicas, per venerandam inclusam Emihildam et alios familiares amicos appellare ejus cepit aures, ut dilataret gloriam Christi utque anime sue eternam faceret memoriam mittendo scilicet servis domini Salvatoris, quantum ei spiritus domini suggereret de his muneribus sanctissimis et omni seculo venerandis. Sed dum idem vir sanctus petitiones illorum in primis quasi nefas refugisset, victus tandem instantissimis eorum precibus non parve magnitudinis lapidem de sepulchro domini et crucem de ligno, in quo pependit vita mundi, hac conditione tradidit illis, ut pro his celestibus donis ardentius sancto proposito insisterent fideles domini salvatoris et ut sui perpetuam haberent memoriam in omnibus que facerent bonis. Hec cum magna suscipiens devotione sepedicta dei ancilla, quia satis sciebat infirmam mentem humanam, ne alicujus fidem oborta turbaret dubitatio, eandem crucem quam acceperat cum similibus que de cruce domini esse ferebantur, convocatis quibusdam religiosis supposuit aque probationis. Ille autem qui dixit: ego sum veritas, quique in ligno crucis morte sua eternam nobis contulit vitam, in hac re veritatis sue certissimam ostendit evidentiam. Nam ceteris more sue nature cadentibus et aqua supernatantibus crux ista submersa in aqua stabat erecta. Tam inaudito letificata miraculo cunctisque rebus pro voto suo prospere succedentibus omnium religiosorum sibi se commendans orationibus redire disponebat celerius. Illa vero veneranda inclusa, ad quam creberrima de loco scafusensi pervenerat fama, quanta inibi domino servientium multitudo et quam ferventissima illorum esset devotio, summo amore locum eundem dilexit et tanto se huic negotio admiscuit studio, ut proficiscente cum reliquiis sepedicta Hedewiga cottidianum sibi indiceret jejunium, donec certissime resciret, usque ad destinatum

locum iter ejus esse prosperatum. Secundum promissionem vero prophete qui dicit: voluntatem timentium se faciet dominus, et hec fidelis suo non est fraudata desiderio votique sui efficacissimum apud dominum obtinuit effectum. Portitrix¹⁾ enim illa sanctarum reliquiarum sepius in itinere periclitata aliquando etiam dum a mansione properaret earumdem reliquiarum oblita nec ante meridiem diem earum recordata et pro his multa cordis sui perferens temptamenta tandem ut credimus famule dei suffragiis adjuta ad desideratum eas attulit locum pervenitque *Scafusam* anno incarnationis domini MCXXV, ubi occursum fidelium ut dignum suscepte sunt v. kal. Jan. cum magno laudis tripudio. Ut autem Christus, qui Thome vulnera sua ad resurrectionis sue fidem confirmandam obtulit palpanda, de his sacratissimis donis fidelium suorum adhuc plenius confirmaret fidem, ipso disponente quidam de congregatione Sancti Salvatoris monachi et presbyteri, laudabilis vite et boni testimonii, orationis gratia profecti sunt Hierosolimam, predictasque adhuc superstites personas invenientes, dominum videlicet Samuelem et venerandam Emihildam inclusam, pluresque religiosos, qui huic rei interfuerant, perdiscentesque ab eis certissimam seriem, sic omnia ut prediximus esse gesta, verissimo et fidelissimo regressi hec suo confirmaverunt testimonio. Adtendant autem fideles domini Salvatoris, ut dignis obsequiis respondeant tantis ejus beneficiis, quos per talia admonet dona ut jugi horum contemplatione mentes eorum excitare carnem suam cum vitiis et concupiscentiis studeant crucifigere, ut consepulti cum Christo per baptismum penitentiae resurgant etiam cum illo in novitate vite.

1) sic.

II.

Restat nunc ad translationem sanctorum martyrum *Constantis* et *Alexandri* sanctique confessoris *Leguntii* vertamus articulum simulque fidelibus narremus ad laudem domini, quibus miraculis deus, qui est mirabilis in sanctis suis, declarare dignatus sit merita eorum sanctitatis. Nam inspector cordium deus, nostre infirmitatis prescius, qui tarde credimus nisi signa et prodigia viderimus, horum sanctorum novitium adventum honorare et illustrare quibusdam signis voluit miraculorum, per que et illorum nobis commendaret merita, et nostre devotionis ad honorem eorum et laudem incitaret studia. Temporibus predicti regis *Heinrici* primatum *Treverice* urbis tenuit *Bruno* episcopus venerandus, moribus et disciplina tante dignitate satis aptus. Hic pro eo quod a consanguineo suo, comite scilicet *Eberhardo* locum scafusensem constructum et a precessoribus suis, episcopis videlicet *Treverice* urbis, noverat speciali dilectione semper amatum, familiarius et adtentius et ipse eundem dilexit et coluit locum. Fuit autem idem episcopus divinorum et secularium studiorum scientia ad plenum instructus eratque precipue largitatis et summe affabilitatis, apud quem venerandus *Adelbertus*, abbas scafusensis, cum specialis familiaritatis haberet usum, per quosdam suos familiares appellare cepit eius aures, ut locum quem sui progenitores construxerunt et precessores attentius dilexerunt, quem et ipse veneratione et crebra visitatione excoleret, aliquibus donis dignitati sue convenientibus illustraret, scilicet ut alicujus nominati martyris corpore eum ditaret, adtestantes hoc etiam antecessores ejus in votis tenuisse, sed variis ex causis ab hac intentione prepeditos esse. Et cum ejus animum consueta sibi benignitate petitionibus suis sensissent preparatum, ceperunt insistere ut ceptum negotium perducerent ad effectum. Episcopus autem satis in talibus providus propter metum civium noluit eos

suis certificare promissionibus, sed ambiguitate responsionis sue spem illorum incertam suspendit inter utrumque. Deinde abbas urbem trevericam adiit iteratisque precibus aures episcopi et illorum qui ei arctius et familiarius adherebant pulsavit tandemque superna annuente benignitate ad consensum eum inflexit petitionis sue. Explorato itaque ad hoc tempore congruo criptam *sancti Paulini* abbas cum fratribus suis et episcopi capellanis intravit, ubi in sarcofagis martyrum XI ipsius urbis quondam senatorum corpora conservabantur veneratione debita. Igitur de illis XI sancti Constantis corpus expetierunt, quod non erat incertum in quo loco esset tumulatum. Ad hunc petendum hec ratio illorum amplius illexerat animum, quoniam per quandam dei famulam sanctitatis illius et meriti non condempnandum audierant testimonium, que matutinales horas frequentans affirmabat, se verissime juvenem splendido vultu et ornato habitu vidisse sarcofago ipsius insistere eique quis esset dixisse, insuper et monita quedam ad eos, qui servitio dei ibidem deputati erant, transmisisse. Hoc autem martyris corpore accepto talique letificati dono adhuc in acquirendo corpore sancti Alexandri, qui de predictis quoque undecim martyribus erat unus, summo flagrabant desiderio. Et in hoc episcopus benignum cum prebuisset assensum tamen quia ejus sarcofagus nexibus ferreis erat confirmatum nec ad dissolvendum tempus erat aptum, visum est episcopo differri illud in posterum. Difficultate autem facta hac quam diximus de causa videbatur eis pondus dilationis huius sic se sustinere lenius posse, si vel sancti confessoris alicujus pro expectatione impetrare possent corpus. Itaque venerabilem quendam senem allocuti eumque de sancti Leguntii, trevirorum quondam archiepiscopi, corpore sunt percontati, quia de eodem sancto ferebatur fuisse pridem revelatum seni predicto, quod non satis accurate jaceret tumulatus in

eodem monasterio. Ergo ab eis inventus et cum licentia episcopi sublatus quasi candidissimum liliū rosis superioribus idem sancti Constantis reliquiis est conjunctus. Tanto igitur ditati thesauro cum omni tandem hilaritate cordis ad scafusensem locum verterunt gressum. Erat autem in comitatu illorum quidam, quem subito acerrimus dolor invasit dentium, qui nomina et merita invocans eorundem sanctorum dicto citius ab eodem dolore est sanatus.

Inierunt autem abbas et sui consilium, quatenus ob spem, qua erant certificati de corpore sancti Alexandri, interim occulte servarentur custodia diligenti. Sed idem sancti occultationem suam non passi apparuerunt cuidam monacho in ecclesia sancti Salvatoris dormienti, ignaro prorsus hujus negotii. Cui assistentes unus in episcopali, alius in habitu laicali primitus eum pro quibusdam suis negligentis durius increparunt, dein si carum haberet ipsos corporaliter adesse interrogarunt. Ille vero cum se votis omnibus id optasse diceret nominaque eorum perquireret, is qui pontifex videbatur se Leguntium, trevirorum quondam archiepiscopum, testabatur, alium vero esse Constantem, urbis ejusdem senatorem et Christi martyrem, et ne eos corporaliter dubitaret adesse, locum et signa certissima indicaverunt ei, ubi repositi essent et custoditi. Qui investigans diligentius cuncta sic inventit esse, sicut in visione ei fuerant dicta.

Misit deinde abbas Treverum nuntios ad episcopum humillima et instantissima deprecans prece, ut promisso dono se suosque letificare dignaretur. Quam supplicationem episcopus clementer et benigne suscipiens, sicut dudum est pollicitus sancti martyris Alexandri eis concessit corpus. Quod de cripta sancti Paulini cum timore debite venerationis sublatus cuidam de sociis illorum est traditum ad hospitium deferendum. Qui portitor forte erat ponderosus et

eiusdem infirmitatis ¹⁾ tam graviter pressus, ut a medicis etiam esset desperatus. Sed cum gestaret pondus tam sanctum, ab eadem infirmitate sanatus est ad integrum.

Venerandus autem abbas Adelbertus de donis, quas ²⁾ ei benignissima concessit largitas dei, immenso letificatus gaudio statuit diem in quo eorum faceret susceptionem, in quo et deinceps digna celebritate illorum colerent translationem. Ad quem vocavit personas illustres, dominum videlicet trevirorum primatem, eorundem donorum largitorem, et episcopum constantiensem, presulemque ripensem, abbatesque per plures et clericorum copiosam multitudinem. His ergo ad huiusmodi officium debita reverentia omnique studio ministrantibus cum magna populi frequentia suscepta et in ecclesia domini Salvatoris translata sunt sanctorum corpora, ubi etiam cum ymnidicis laudibus cum digno honore V. kal. Nov. sunt condita.

Post hec laudi et honori et venerationi illorum fratribus cum studiosissima devotione insistentibus et memoriam eorum frequentantibus, quo in divino conspectu fruerentur honore per quedam signa Christus non omisit ostendere. Quidam enim frater, qui pre ceteris studiosius et adtentius laudibus eorum insistebat et venerationi, illud summopere precabatur, ut finem hujus vite in illorum passionis clauderet die. Quod ergo plena fide petiit, consequi illorum precibus adjutus meruit. Nam in die illorum passionis ipsis visitantibus eumque consolantibus ab hac luce est subtractus. Mulier etiam quedam infantulum enixa est cecum. Hac de causa cum ingenti gravaretur tristitia conspexit quadam die diluculo intrare ad se virum quendam episcopali habitu. Qui eam blande consolatus admonuit, ut monachum janitorem ecclesie sancti Salvatoris rogaret, quo puerum palla, que

1) sic. 2) So das M. S.

martyrum tegebat memoriam, operiret. Illa vero interrogante quis esset, Leguntium trevirorum quondam archiepiscopum se esse dixit, eidemque monacho quod citius de hoc seculo transiturus esset mandavit pro signo. Paruit illa monachumque adit, quod viderat et audierat nunciavit. Qui mox, ut mulier dixerat, oculos pueri palla sanctorum tersit protinusque visum recepit. Ipse vero quod de se audierat non oblitus jejuniis et orationibus insistens studiosius non longe, prout ei predictum fuerat, vita est exemptus. Accidit autem per merita sanctorum jocundum et non contemnendum miraculum. Custos ecclesie domini Salvatoris cum Sanctorum memoriam omnimodis studeret adornare, aurifex qui idem opus susceperat leporis pedem ad hoc necessarium exposcebat. Cumque custos idem leporis pedem diu quereret nullumque acquirere posset, die quadam de hoc sollicitus cum aliis sermocinando stabat. Et subito corvus supervolans leporis ante eos pedem projecit. Quem mirati sustulerunt opusque facienti dederunt. Senex etiam quidam in hospitali domo morabatur, vir simplex, peregrinorum minister et pauperum. Hic aliquando infirmitatem incidens maximam septem sine cibo jacuit ebdomadas, corpore exhaustus et morti jam proximus. Hujus minister quadam adveniens die dicebat eidem egroto, a quodam ignoto per se illi nuntiatum esse monacho, ut pro salutis sue recuperatione sanctorum, quorum postera die celebrandum erat festum, intento corde invocaret auxilium. Erat denique in crastino festum sanctorum Constantis et Alexandri martyrum. Quod ille devota mente suscipiens subsequenti nocte, cum pervigil infirmitatis sue incommoditate fatigatus jaceret, ante matutinalem horam cum maxima luce duos viros vidit sibi assistere coronis splendidissimis redimitos et vestibus candidissimis vestitos, quorum unus librum brachio gestare videbatur dextro. Perquirentibus autem illis qualiter se haberet

cum idem infirmitatem suam prout poterat eis innotesceret, illi verbis blandissimis gratiam promiserunt ei sanitatis. Cumque hilari vultu aliqua inter se conferrent, que egrotus ille non poterat intelligere, facto signo ad matutinos disparuere. Eger autem illis discedentibus fragrantia mirifici et inestimabilis repletus est odoris. Qui etiam aliquot diebus sine corporali cibo hac tantum suavitate reffectus quasi recreatus mansit et renovatus, tandemque auxilio ut credimus sanctorum sospitati ad integrum est redditus.

Libet ad quosdam nunc aliquantulum verba vertere, qui dispositioni superbe moliuntur improbare, quod interdum visiones et miracula, quibus sanctorum declarantur merita, per quasdam videntur personas administrari, que erga vite sue custodiam minus sunt sollicite. Isti adtendant temporibus Nabuchodonosor et Caiphe plures fuisse in populo dei dignioris et excellentioris meriti, sed tamen non sine dispensatione ejus, qui quoties voluerit veritatem per suos etiam loquitur inimicos, rex iniquus in medio fornacis filium cognovit dei et sacerdos impius verbis propheticis redemptionem predixit mundi. Accidit et hoc, quod reprehensibiles quidam, dum bonis associantur, per honorum merita quedam percipiunt bona. Saul enim rex per se spiritum prophete non meruit, sed prophetis dei conjunctus cum ipsis prophettare potuit, unde dicitur: Num et Saul inter prophetas?

Sancti vero de quibus nunc sermo est, qua sollicitudine locum sibi assignatum a deo et in eo conversantes tueantur, subsequenti narratione potest dinosci. Monachus quidam de sancti Salvatoris congregatione ilium aliquando incidit dolorem acerrimum. A quo dum inmaniter vexatus quadam nocte in infirmorum domo pervigil decubaret lecto lumine extincto lux splendidissima infulsit subito. Ex cujus fulgore dum territus jaceret nimis, conspexit ad se venire tres viros vultu clarissimos, quorum duo habitu erant militari, tertius

vestitu pontificali. Cumque assisterent trementi unus eorum ne timeret hortabatur verbisque blandissimis consolabatur, subinferens se esse Constantem, alium vero socium suum martirem scilicet Alexandrum, tertium autem Leguntium episcopum seque et socium suum non parum moveri, quod fratres memoriam sui honorifice frequentarent, sanctum vero Leguntium nulla mentione excolerent. Subintulit deinde dicens: Fratribus tuis ex persona nostra tale nuncium debes insinuare, ut actus suos studeant corrigere et a murmurationibus, quas contra prelatos suos faciunt, se continere, et operi dei diligentia majori insistere. Noverint enim pro diversis negligentis suis vindictam contra se et locum pridem a deo fuisse dispositam, sed nos a benignissima Christi genitrice nostra obtinuimus prece, ut apud filium suum dignaretur intercedere, quatenus auferret ultionem ire sue. Quodsi corrigenda voluerint corrigere et bonis studiis insistere, sciant deum in necessitatibus suis citius subvenire. Nonnulla quoque de prelatorum incuria subjunxit verba, postque cum luce eorum disparuit persona.

Hec pater venerande Adelberte ut jussisti simplice sermone digessi, offeroque hanc scedulam tue sollertissime pietati, ut prudentie tue discretionem ventilata iudicia vitare possint aliena. Tibi quoque ascribatur, si quid est in his laudabile, mee vero vilitati, si quid invenitur in eis reprehensibile.

Wir geben im Folgenden eine möglichst wörtliche Uebersetzung der vorstehenden Erzählung:

Nachdem die milde Barmherzigkeit Christi die Stätte Schaffhausen durch die Gnade seiner Heimsuchung zu verherrlichen gewürdigt hat vermittelst der Reliquien des allerheiligsten Kreuzes und des Grabes des Herrn, sowie auch der Leichname der heiligen Märtyrer Constanz und Alexan-

der und des h. Bekenner's Reguntius, so will es sich gebühren, daß allen Christgläubigen berichtet werde, wie diese Reliquien zu Trost und Schutz der Gläubigen, die daselbst dem Herrn dienen, nach Schaffhausen gebracht worden sind. Denn, wie der Prophet spricht, was ein Volk sich zu frommer Verehrung aufgestellt hat, das verherrlicht und vertheidigt es auch. Weßhalb von nöthen ist, wenn den Christen irgend ein Gegenstand der Andacht vorgehalten wird, daß die nähere Ursache und Veranlassung hievon durch treue Zeugnisse und wahrhafte Berichterstattung zuverlässig angezeigt werde, damit aller Grund zu Zweifeln beseitigt und der heilige Gegenstand um so zuversichtlicher verehrt und vertheidigt werde, je glaubhafter den Verehrern Gelegenheit geboten wird, sich von der Richtigkeit zu überzeugen. Und weil wir im Sinne haben, unsern Bericht in eine einzige fortlaufende Darstellung zusammenzufassen, so stellen wir das, was wir über die Reliquien des Heilandes zu sagen haben, voran, obgleich es weit später geschehen ist als das andere, weil ja der Ehre der Heiligen nichts entzogen wird, wenn man ihnen das vorzieht, wodurch alle Heiligen erst verherrlicht und geheiligt werden.

I. Also zu den Zeiten des deutschen Königs Heinrich, des vierten dieses Namens, als auf dem päpstlichen Stuhl Papst Urbanus II. saß, ein Mann von großer Heiligkeit und Weisheit, da wankte die Kirche Gottes unter vielen schweren Stürmen, zumal in jenen Gegenden, wo Christus auf Erden die Erlösung bereitet hat. Dort nämlich wurde der Weinberg Christi, d. i. eben jene Kirche, von den Feinden des christlichen Glaubens so verwüstet, daß kaum wenige Herlinge in demselben übrig zu sein schienen. Denn Jerusalem, längst vom christlichen Volke bewohnt, die Stadt, die wegen des siegreichen Leidens Christi und seiner glorreichen Auferstehung und Himmelfahrt mit Recht ein heiliger

Ort genannt wird, war zu einem Fluch und einer Einöde geworden. In ihr selbst und in der ganzen Gegend rings umher, die einst das Land der Verheißung hieß, hatten nach Vertreibung der Christen die Heiden die Oberhand erlangt; die zerstörten überall die Tempel Gottes, und die wenigen, die verschont blieben, mißbrauchten sie zu ihrem Gewinn; sie nöthigten die wahren Gottesverehrer, wenn solche zu kommen wagten, ihnen Tribut zu zahlen und zu dienen, und beleidigten die Pilgrime, die zur Anbetung aus fernen Ländern herbeikamen, mit Beschwerden und Unbilden, die ärger waren als der Tod. Solches mußte Jerusalem und die geistliche Kirche erdulden und den Kelch des Zornes Gottes für ihre Sünden trinken, und ertragen, was ihr durch den Mund der Propheten zur Strafe für ihre Gesetzesübertretung zum voraus angekündigt worden war. Aber der nämliche Prophetenmund bezeugt auch, daß Gott nicht ewiglich verstoßt und des Elenden nicht auf immer vergift. Es war endlich die Zeit des Erbarmens gekommen, wo der Vater der Barmherzigkeit und der Gott alles Trostes das Seufzen der Gefangenen hörte und die Söhne der Erschlagenen erlöste.

Als nämlich der vorhin genannte Papst Urbanus, ein durchaus apostolischer Mann, sah, daß Jerusalem eine Wohnung der Fremden geworden und daß die Heiden in Gottes Erbe eingebrochen seien, und daß die Feinde Gottes ihr Haupt erhoben, so ängstete er sich wie in Mutterliebe, und wie einst der Prophet in seinen Klageliedern den Fall Jerusalems beweinte, so rief auch er von Schmerz ergriffen als ein zweiter Jeremias oft mit tiefen Seufzern aus: die Heiden sind eingebrochen ins Heiligthum Gottes; die Feinde schauten auf sie und verlachten ihre Sabbathe! Oft überlegte er bei sich selbst, wie er die heilige Stätte von der heidnischen Befleckung reinigen und Christi Namen erneuerte da,

